DECRETA SYNODI DIOECESANAE FLORENTINAE.

Habita in Metropolitana Ecclesia Die X. Mensis Maij 1629.



FLORENTIAE,

Ex Typographia Sermartelliana. 1629.

Superiorum Permissu.

ALEXANDER MARTIVS MEDICES.

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS Gratia Archiepiscopus Florentinus.

Venerabilibus nostris in Christo fratribus Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Parochis, cæterisq; Diœcesis nostræ Florentinæ Clericis omnibus salutem in Domino sempiternam.





CVM omnipotentis Dei misericordia, & gratia factum sit vt
ipse Deus *Custodes nos posuerit* Cant.1.
in vineis, Cauendum nobis valde est ne nostra culpa, & negligentia factis dicamus quod ore
negamus, *Vineam meam non cu-* Ibidem.
stodiui, Et ne de nobis commissa vinea illud prædixerit Isaias *Expectata ut faceret* Isa. 5.
Vuas, fecit labruscas, vuas scilicet *imperfectas* vt legit Symmacus; *putres* vt vertit Aquila, & *fætentes* vt est in
hebræo, imo vt septuaginta sunt interpretati *fecit spi-* Luc. 8
nas pro vuis, quæ suffocant sementem optimi illius seminatoris. Quare ad præsentem Synodum vos con-

uocauimus non vt multa, ac noua denuo statuamus, hæc enim per paucissima erunt, sed vt in Domino omnes obsecremus, & obtestemur, vt quæ à nostris Prædecessoribus, ac à nobis in alijs Synodis prudenter, ac sanctè sunt decreta, opere vos perpetua statuatis, & vt vos quantum in Domino possumus admoneamus
Matth. 13 ne vobis dormientibus *inimicus homo superseminet* zizania in agro Sanctæ Ecclesiæ, quam Christus *acquisiuit sanguine suo*, & ne in vineam quam vobis agricolis
Act 20.
Matt. 21.
Cant. 2. Dominus locauit ingrediantur *Vulpes, quæ demoliantur*
Psal. 79. *eam*, imo ne vestra culpa fiat, *vt distructa macerie vindemient eam omnes, qui prætergrediuntur viam, ita vt etiam aper de Sylua, et singularis ferus depascatur eam.* Quod vt timeamus merito efficiunt, & prælia, quæ vndique audimus, & opiniones præliorum, & multò magis conscientia delictorum.
Cant. 7. *Egrediamur* ergo dilectissimi *in agrum commoremur in villis, manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.* Videamus scilicet an quę alias sunt sancita opere compleantur, & an stet operis fructus;
Psal. 79. Hoc si à vobis vt speramus fiet. *Vinea nostra non solum florebit sed mittet etiam palmites usque ad mare, et usque ad flumen propagines suas, et replebit terram, operietq; montes umbra eius, et arbusta eius usque ad Cedros Dei.*

DE DOCTRINA CHRISTANA.



QVIA aliqui,quę sancita sunt in nostra Synodo Anni 1619.tit.1.c.2.§.2.3.circa Doctrinam Christianam, male sunt interpretati, declaramus nostræ mentis non fuisse eximere vllum Parochum ab onere docendi Christianam Doctrinam cum ad id omnes Iure diuino sub pęna peccati mortalis teneantur, qui animarum curam habent, & ideo denuo mandamus, & districte precipimus omnibus Parochis, vt tradant rudimenta fidei rudibus, & pueris suæ Curæ commissis, vel conuocando populum cum tintinabulo, vel eundem conuocando à prandio ad Ecclesiam cum maiori campana, vel antequam incipiant sacrum, vel lecto Euangelio, quibus temporibus explicent precipua capita fidei. Videlicet SS. Trinitatem, Incarnationem,ac reliquos Articulos, & præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, eiusque sacramenta, ac propterea nos mandauimus imprimi nouum Cathechismum breuissimum,vt eo facilius res tanti momenti omnino non prætermittatur.

De Sacramento Matrimonij.

SAcræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum proposita sunt infrascripta dubia soluenda.

1. An Episcopus possit punire contrahentes Matrimonium contra eius prohibitionem.
2. An eos,qui contrahunt omissis denunciationibus.
3. An eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa iusta dissentiente.
4. An possint puniri testes in supradictis casibus.
5. An in eisdem casibus possit punire pœna pecuniaria locis pijs applicanda.

Rescriptum Sacræ Congregationis.

DIe 17. Februarij 1629. Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. interpetrum ad primum secundum

& tertium respondit. Episcopum posse. Ad quartum posse quatenus testes fuerint in dolo. Ad quintum pariter respondit posse.

His positis mandamus primo ne quis in posterum nobis prohibentibus, secundo ne omissis denunciationibus, tertio ne Parocho iustas ob causas dissentiente matrimonium contrahat, quarto ne quis huiusmodi matrimonio, quod vel nobis prohibentibus, vel omissis denunciationis, vel Parocho iustas ob causas dissentiente contraheretur præstet præsentiam testis. Sub pęna aureorum ducentorum, centum scilicet pro quolibet contrahentium, & viginti aureorum pro quolibet testium locis pijs applicandorum, & aliarum pœnarum ad nostrum arbitrium, & in subsidium etiam excomunicationis.

De Habitu, & honestate Clericorum.

PLebani, Priores, & Rectores aliarum Ecclesiarum nostrę Diœc. quando conueniunt ad festiuitates, Congregationes, Supplicationes, & alias publicas functiones accedant cum coctis, biretis, & capucijs sub pęna duorum aureorum pro qualibet vice. Quamuis enim habitus Monacum non faciat, valde tamen indecens est quod populus sit sicut Sacerdos non solum in moribus, sed etiam in ipso externo habitu, nec mirum si contemnantur illi, qui deponunt signa honoris, habitum scilicet clericalem, & officia diuina illos non pudet peragere tecti pileis ex paleis confectis.

De Collationibus casuum in Congregationibus faciendis.

VT otium, & alia mala, & scandala, quæ ex eo oriri solent euitentur in omnibus Plebanijs fiant Congragationes Sacerdotum curam Animarum habentium vel singulis mensibus, vel tot vicibus quolibet Anno quot erunt Sacerdotes cuiuslibet Congregationis, & quando sunt pauci Sacerdotes in aliqua Plebania vniantur inter se plures plebaniæ, itaut sufficiens numerus habeatur, & nullus sit Rector Animarum extra Vrbem, qui alicuius non sit Congregationis; In huiusmodi autem Congregationibus quando conuenient actis de more sacris, & alijs, quæ in nostris Synodis pręcipiuntur: frugaliter,

sobrie,

ſobrie,ac modeſte, menſa,vnà cum ſacra lectione, refectis Sacerdotibus, Proponantur duo caſus, & diſcutiantur,& Camerarius cuiuſque Congregationis ſcripto excipiat quid propoſitum, & quid ſtatutum pro maiori parte ſit,notando diem, & locum, in quo acta eſt quęlibet congregatio, & numerum eorum, qui interfuerunt,& nomina abſentium, Bis autem in Anno dicti Camerarii quando monebuntur à RR. DD. Executoribus Synodi,de quibus infra,accedent ad Vrbē ad Congregationē generalē, quę habebitur in noſtro Archiepiſcopali Palatio coram doctis Viris,qui perſpicient vtrum bene, an ſecus ſtatuerint in priuatis Congregationibus; Si autem Camerarius quando vocabitur nō accedet,vel qui eius vicem ſuppleat non miſerit, vel huiuſmodi caſus nō exceperit ſcripto, vel ſecū nō tulerit pœnam incurret trium aureorum, & Rector Congregationis quinque aureorum. Vt autem citius à nobis expediri poſſint totam Diœceſim in tres Claſes partiti ſumus, & vt omnes facile, & oportune ſciant quando fient Congregationes generales, & ad quam quilibet debeat accedere curabimus vt in tabula officij diuini apponatur quo die prima, quo die ſecunda, quo die tertia congregatio generalis bis in Anno habebitur hoc ordine.

Ad primam generalem Congregationem accedent Camerarij Congregationum, quæ ſunt in Plebaniis.

S. Andreæ de Emporio.
S. Alexandri de Iugulis.
S. Appiani.
S. Cecilię ad Decimum.
S. Donati in Poggio.
S. Hippolyti Caſtri Florentini.
S. Hippolyti Vallisſpeſę.
S. Ioannis in Sugana.
S. Io. Batiſtæ in Ieruſalem.
S. Io. Baptiſtæ de Monterappulo.
S. Iuliani ad Septimum.
S. Lazari de Lucardo.
S. Marię Imprunetę.
S. Mariæ in Aula Cœli.
S. Pancratij Vallis Peſæ.
S. Petri in Boſſolo.

S. Petri

S. Petri in Mercato.
S. Stephani de Campoli &
S. Vincentij ad Turres.

Ad secundam generalem Congregationem accedent Camerarij Congregationum, quæ sunt in Plebanijs.

S. Andreæ de Cercina.
S. Donati in Calenzano.
S. Domnini de Villamagna.
S. Felicitatis ad Larcianum: Ab Vallis Faltonę.
S. Io. Baptistæ de Signa.
S. Mariæ de Carraria.
S. Mariæ de Filettolę.
S. Martini de Sesto.
S. Martini de Broctio.
S. Petri de Ripolis.
S. Petri de Vaglia.
S. Stephani in Campis.
S. Stephani in Pane.
S. Seueri de Legnis alias Vallismarinæ.
SS. Viti, & Modesti de Soffignano, & Quæ sunt in omnibus sub Vrbanis Ecclesiis.

Ad tertiam generalem Congregationem accedent Camerarij Congregationum, quæ sunt in Plebanijs.

S. Andreę de Duccia.
S. Agathæ in Mugello.
S. Casciani in Palude.
S. Crescij in Vallecaua.
S. Eustachij de Acone.
S. Gauini de Adimari.
S. Ioannis de Bordignano.
S. Ioannis de Camaiore.
S. Ioannis maioris.
S. Ioannis in Petrorio.
S. Ioannis de Remulis.
S. Ioannis de Misileo alias de Susimana.

S. Ioannis

S. Ioannis Baptistæ de Cornacchiaria.
S. Laurentij de Burgo.
S. Laurentij de Montefesulis.
S Mariæ de Decomano.
S. Mariæ de Fagna.
S. Martini de Corella.
S. Martini de Scopeto.
S. Michaelis Montiscuccoli.
S. Petri ad Seuem.
S. Reparatæ Pedimontis.
S. Stephani in Botena.

De Casibus reseruatis.

QVia in publicis ædictis casuum reseruatorum non appo suimus casus, quos nobis reseruauimus in Synodo Anni 1619. nisi indicando loca ipsius Synodi qua propter qui confessiones audiunt ne mittant falcem in alienã messem per se videãt omnia illa loca videlicet. Tit. 1. c. 12. §. 2. in quo statuimus non absoluendos esse, qui suæ familiæ pueros, ac puellas in die festo impediunt ne audiant sacrum, quem casum etiam nostris literis circularibus declarauimus nobis reseruatum quando scilicet obstinate quis non vult in posterum pueros, & puellas, quæ sub sua sunt potestate, & septimum Annum absoluerunt mittere ad sacrum audiendum diebus festis omnibus comodo, quo in dd. literis declarauimus ne videlicet semper ijdem Domi remaneant si Domus, vel grex dimitti non potest, sed alternatim omnes suam vicem habeant, & remanendi Domi, & sacrum audiendi.

Tit. 2. c. 7. §. 3. vbi intelligent quomodo se gerere debeant cum ijs, qui fictitio patrimonio sunt promoti, & cum illis, qui huiusmodi fictitium patrimonium dederunt.

Tit. 6. c. 3. §. 7. vbi videbunt quatenus absoluere possint eos, qui non denuntiant scripturas, quæ faciant ad bona Ecclesiarum, & piorum locorum.

Tit. 14. c. 3. §. 8. ex quo cognoscent quod sibi agendum sit cum monialibus quæ munera mitterent valoris duorum vel trium aureorum nomine proprio, & quod cum religiosis & Confessariis tum ordinariis, tum extraordinariis, qui illa acce pissent.

Tit.eodem c.4. §. 2. & 3. ex quo percipient quis absoluere possit eos, qui amatorias literas Monialibus, vel aliis in Monasteriis degentibus mitterent, vel cum eis de rebus amatorijs loquerentur, & inhonestis. Quis item absoluere possit eos, vel eas, qui huiusmodi litteras vel munera scienter perferrent, & quam pœnam incurrat infamiæ monialium temeratores.

Admonitos etiam vos volumus nos à casibus reseruatis substulisse cōmutationem votorum nō quia id omnibus concedamus, sed quia non est necessarium reseruare, cum nemo vota commutare possit, nisi a S Sede Apostolica, vel à nobis habeat ad id specialem facultatem. Illud etiam sciant omnes confessarij, quod quando nos alicui concedimus facultatem absoluendi à casibus nobis reseruatis, non propterea concedimus etiam facultatem absoluendi percussorem Clerici nisi de hoc casu fiat à nobis specialis mentio in concessione facultatis.

De Executoribus Synodalibus.

VT quæ in hac, & alijs Synodis sunt sancita executioni mandentur, & ne in vanum laborauerimus elegimus huius, & præteritorum omniū Synodorū nostrarum, ac prædecessorum nostrorum executores Adm. RR. D. Pandulphum de Ricasolis baronibus, & D. Carolum Altouitum Metropolitanę nostrę Canonicos, quorum officium erit indicere Congregationes generales, recognoscere literas testimoniales, quibus testificetur quemlibet Parochum satisfecisse muneri suo de Doctrina Christiana docenda rudibus, ac pueris, recognoscere litteras Plebanorum de residentia suorum Rectorum, de scandalis, concubinariis, & Vtrum Parochi numerum cōmunicatorum extesseris, vulgo bullettini iniuerint, & vno verbo curare vt omnia, quæ in omnibus Synodis statuta sunt opere exequentur.

De Residentia.

VT omnes sciant, & multo magis vt seruent, quę circa residentiā in Concilijs, Synodis, & Apostolicis Diplomatibus sunt decreta vobis notificantur quę sequuntur, quæ alias vobis publicis ædictis notificauimus videlicet.



LESSANDRO Marzi Medici per la grazia di Dio, & della Santa Sede Apostolica Arciuescouo di Firenze. A tutti li Molto Reuerendi Dignità, & Canonici della nostra Metropolitana Chiesa Fiorentina, & di tutte l'altre Collegiate della Città, & Dioceſi di Firenze, come ancora tutti li Proposti, Piouani, Curati, Sacerdoti, & Clerici, li quali posseggano dignità, Canonicati, & benefizij tanto nella Città, quanto nella nostra Dioceſi Fiorentina, che ricercano residenzia salute nel Signore.

Con tutto che per molte constituzioni, & ordini Apostolici, & per il Sacrosanto Concilio di Trento, & per li Sinodi tanto nostri, quanto de nostri Predecessori sieno state apposte più, & diuerse pene contro quelle persone Ecclesiastiche, che ottengano Dignità, Canonicati, Prepositure, Pieue, Chiese, & altre sorte di benefizij Ecclesiastici, che ricercano Residenza, liquali stanno assenti, & non riseggano come è debito loro; Nondimeno la Santità di Nostro Signore Papa Vrbano Ottauo Sommo Pontefice Inuigilando la salute vniuersale di tutto il popolo Christiano, ci hà Inparticolare mediante l'Illustrissimo, & Reuerendissimo Monsignore Alfonso Gilioli Vescouo d'Anglona Nunzio residente appresso il Serenissimo Gran Duca di Toscana Ferdinando Secondo, ordinato, che noi douiamo comandare, si come in virtù del presente Editto comandiamo a tutte quelle persone Ecclesiastice, che hanno, & posseggano Dignità Canonicati, & benefizij, che ricerchono Residenza, che infra quindici giorni prossimi da oggi deuino essere con effetto ritornati a dette loro Dignità, Canonicati, & Chiese, & appresso di quelle continuamente, & personalmente risedere, & esercitare in quelle li carichi à che sono tenuti & da quelle non si partire, ne pernottare fuori, senza espressa nostra licenzia conforme alla disposizione de Sacri Canoni, & Constituzioni Apostolice, & de Sinodi nostri dell'anno 1610. & 1619. & quelli che non risederanno, ò si partiranno, & pernotteranno fuori delle Cure senza le dette licenzie, oltre all'incorrere nelle pene contenute nel Sacrosanto Concilio di Trento, Constituzioni Apostolice, & respettiuamente ne detti nostri Sinodi le quali vogliamo, che s'habbino, come se qui di parola in parola fussino descritte, & registrate, non sanno

suoi li frutti di dette loro Dignità, Canonicati, & Benefizij, & incorrano nella pena della priuazione d'essi, alle quali pene, & loro esecuzioni secondo la santa mente di Sua Beatitudine inremissibilmente da noi si procederà contro li inobedienti, & transgressori in tutto, & per tutto conforme all'ordine predetto, Riuocando qualsiuoglia licenza, che fino a questo giorno da noi fussi per qualsiuoglia causa, ò protesto stata concessa. Dato in Firenze nel nostro Archiepiscopale Palazzo il di 30. di Giugno 1628.

Aless. Marzi Medici Arc. di Fir.

Iosephus Barnius Canc. de mand. ss.

De Iudicijs.

Vt ad omnes causas infra non exceptas extrahantur sorte Notarij.

CVm in Archiepiscopali Curia, Cap. 12. de foro competenti Synodalium Constitutionum, pro cuiusque peculiari interesse; Dispositionem varijs enitatur cauillationibus euitare. Nos autem pro viribus cauillationes huiusmodi prohibere cupientes, nè causas partium arbitratu distribuendo ita affectionum animi ad partes exoriantur suspiciones, Magisque in dies propterea cumulentur abusus, strictè pręcipiendo, decernimus, atque mandamus.

Quod deinceps in causis de iure comuni, seu iuxta Synod. Constitut. aut statuta comunis Florentiæ, non summarijssimis, vel iurium paratam exequtionem, non habentium, aut summam librarum ducentum (habita tamen ratione ad dependentiam, & consequentiam causæ non summam petitam) exceden. ijs tamen dumtaxat exceptis in Synodis nobis distribuen. reseruatis, atque infra notandis videlicet. Causis solutionis precij Bouum, equorum & aliarum Bestiarum super prędiis retinendarum seu pro vsu domestico emptarum, præcepti de docendo confirmationem Apostolicam reuolutionis bonorum locatorum ad liuellum ob canonem non solutum, seù alienationem, vel pacta non seruata vel per finitam lineam, siue per deteriorationem, & causis cohabitationis

tionis viri, & mulieris, ac diuisionis bonorum comunium, finium regundorum, seù appositionis terminorum, damni infecti operis noui nunciationum, effossionis amotionis, euacuationis quorumcumque puteorum, coclearum stillicidiorum, & luminum.

Item causis liquidationis fructuum expensarum, & melioramentorum, deteriorationis bonorum, damnorum in bonis datorum, expensarũ litis, & extra reuocationis attentatorum & innouatorum lite pendente, & vbi ageretur de incursu pœnarum & censurarum ob sprætam inhibitionem, vel mandatum de supersedendo, aut non paritionem præcepto, & de liquidatione, & restitutione expensarum, damnorum, & interesse propterea passorum, atque causis turbatæ possessionis, seruata in his forma cap. 1. de reformat. Curiæ, anni 1590. inhibitionis, liberationis à fideiussione, disdictæ census, litis intimationis, protestationis damnorum, & aliarum similium summarissimis tantum, intimationis, & protestationis causis: Admissionis ad beneficium legis, & inuentarij, dationis Curatoris, tam liti, quam hæreditati, induciarum quinquennalium, solutionis pensionis affictuum, Canonum, & Censuum, Decimarum prædialium, & omnium aliarum annualium præstationum, relaxationis depositorum per quemlibet depositarium, præstationis alimentorum, salarij, & mercedis, ac eleemosinę, sacrationis Monialium, ac dotium puellarum, dimissionis bonorum locatorum, tàm ad medium, quam ad quantitatem, vel quotam fructuum vbi fuerit finita locatio ex pacto, vel ex more regionis.

Vllus nostræ Curię Notariorum, nisi prius è bursa solita causarum ordinariarum legitime ad earum singulas fuerit extractus, & fides extractionis huiusmodi ab Archiuij eiusdem Curię Cancellario in calce petitionis sit facta, ad conscribendum acta terminosque suscipiendum quouis modo se intromittere, neque procuratorum aliquis interuenire possit quomodocumque, neque audeat sub pœna cuilibet eorum priuationis officij ipso iure, & facto incurrenda.

Et nihilominus volumus, quod omnes, & singulę causæ non superius exceptæ sine notario taliter extracto, quamuis sub quibuscumque Iudicij formis, & tàm agendo, quàm per viam reconuentionis, aut exceptionis replicationis (cognitionem tamen, discussionem aut altiorem facti indaginem re

quientium. Vt quia Testium depositionum computorum & partitarum librorum, aut similium indigeant probationum, aut continentium restitutiones in integrum, admissiones ad beneficium cap. Odoard. Auth. hoc nisi, graduationes, fideicommissa & alia huiusmodi, & quæ tandem de facili, & in continenti probari non possint, seù ad commodum processus, aut alio quouis modo in iudicio comparendo, aut aliàs quomodocumque directè, vel indirectè agitatæ fuerint, nullo quouis modo, etiam de partium consensu contestari possint, neque pro contestatis haberi; Atque omnes actus, probationes, Decreta, & sententias in eis facienda, & færendas, & eorum quodlibet ipso iure, & facto nullas, & irritas, ac nulla, & irrita, & perpetuo nullitatis vitio subiacere declaramus. Quibus nullitatibus nolumus etiam de partium consensu renuntiari, seù eas remitti posse, alias ipse remissiones, & renunciationes quomodocunque stypulatę eidem nullitatis vitio sint obnoxiæ.

Item etiam sub omnibus, & singulis suprascriptis pœnis Notarium extrahendum esse Iubemus ad causas omnes & earum singulas, quę per viam remedij Saluiani interdicti, vel ad effectum lucrandi quinque pro centenerio per viam tenutæ fuerint intentatæ.

Declarãtes tamen nolle per extractionẽ hanc, tàm huiusmodi, quam alijs suprascriptis causis executiui iudicij formam immutari.

Et denique ad cauillationes penitus remouendas declaramus. Quod cum euidenter non pateat, & clarum sit causas quouis modo, & forma vt præmittitur agitandas in superius exceptis posse numerari, tunc nisi à nobis, vel à Vicario nostro summariè tamen, & extraiudicialiter fuerit peculiater declaratum in exceptis comprehendi, ipsas omnimodo esse sub omnibus suprascriptis pœnis semper extrahendus. Quæ quidem speciales declarationes nè iterum super eis dubitari contingat per Cancellarium nostrum in albo describen. volumus adnotari.

Quia verò alterius culpa quemquam damno affici non est æquum ad omnia damna ex prædictis quouis modo resultantia, Procuratores, & Actuarius causæ, & quilibet insolidum vltra pœnas supra comminatas partibus omnimodò teneantur.

De Constitutionibus Synodalibus.

DEniq; innouamus, & obseruari mandamus omnes, & singulas Cōstitutiones, reformationes, statuta, ac decreta quę Anno 1517. sub Iulio Medice tunc S.R.E. Cardinali, ac huius Florentinæ Ecclesiæ Archiepiscopo, qui postea Pontifex summus creatus, dictus est Clemens VII. ac deinceps sub alijs Prædecessoribus nostris Archiepiscopis, ac nostro tempore emanarunt quatenus Sac. Conc. Trid. Decretis, ac alijs S. R. E. sanctionibus non aduersantur. Pręsentes autem Constitutiones vim suam habere decernimus post duos menses ab hac publicatione. Vt autem hæc quæ statuimus in ædificationem sint, & non in destructionem omnibus notum sit per huiusmodi hæc nostra Decreta non intendere inducere transgressores ad noua peccata, nisi quis ex contemptu ea violaret; & nisi quis Constitutiones, & Decreta illa non obseruaret, quibus annexa est pœna excomunicationis, vel suspensionis, vel interdicti generalis, vel non obseruaret ea, quę statuuntur per huiusmodi verba in virtute sanctæ obedientię, vel districte mandamus, precipimus, iniungimus, prohibemus, vetamus, inhibemus, & his similibus ęque pollentibus.

De Examinatoribus.

Admod. R. D. Petrus Nicolinus Archid. Flor.
Admod. R. D. Horatius Quaratesius Archipræsb. Flor.
Admod. R. D. Franciscus Iunius Decanus Flor.
Admod R.D. Laurentius Caponius Prępositus Flor.
R. D. Eques Andreas Tobalea.
R. D. Petrus de Carnesecchis.
R. D. Petruspaulus Bonsius.
R. D. Paulus de Paulis.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Vincentius de Rondinellis.
R. D. Nicolaus de Cinis.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Nerius de Iacobis.
R. D. Antonius Gondius.
R. D. Alphonsus Strozzius.
R. D. Iulius del Riccio.

R.D.

R. D. Pandulphus de Ricasolis Baronibus.
R. D. Carolus de Altouitis.
R. D. Petruspaulus Medices.
R. D. Franciscus Maria de Gualterottis.
R. D. Franciscus Malegonnelle.
R. D. Marius Nerettus.
R. D. Robertus Strozzius.
R. D. Alexander Vasolius Prior Insignis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentij Florent.
D. Fr. Io. Vincentius Donius Eques Hierosolimitanus Sac. Theol. Doct.
P. D. Adamantius de Rubeis Abbas Ord. Vall.
P. D. Hippolytus de Cerbonis Abb. S. Michaelis de Passiniano Ord. Vallis.
P. M. Michael de Arrighis Ord. Prædicat.
P. M. Philippus de Guidis d. Ordinis.
P. M. Ignatius del Nente d. Ordinis.
P. Dominicus de Catastinis Sac. Theol. Lector d. Ord.
P. Fr. Dominicus de Gallis d. Ord.
P. M. Io. Vitesius Ord Seruorum.
P. M. Dionisius Florentinus eiusdem Ordinis.
P. M. Titus de Saltinis d. Ord.
P. M. Nicolaus Gaglius Ord. Carmel.
P. M. Ioseph de Pandulphis d Ordinis.
P. M. Ioannes Comes Augustinianus.
P. M. Angelusmaria de Massa Ord. S. Francisci de Obser.
P. M. Franciscus de Tebaldis Ord. Minor. Conuentualium S. Francisci.
P. M. Leonardus de Auacchia d Ord.
P. M. Marcusantonius de Lanciottis d. Ord.
P. Cosmus de Pazzis Rector Collegij S. Io. Euangelistæ. Societatis Iesu de Florentia.
P. Laurentius Incuria Societatis Iesus.
P. Philippus Maria Guadagnius Ord. Theatin.
P. Laurentius Cocchius d. Ord.

De Iudicibus Delegatis.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Alexander Martius Medices Archiepiscopus Flor. & eius.
Reuerendissimus D. Vicarius.

Admod.

Admod. Illust. & Reuerendissimus D. Episcopus Fæsulanus,
& eius D. Vicarius.
Admod. Reuerend. D. Petrus Nicolinus Archid. Flor.
Admod. Reuer. D. Horatius Quaratesius Archipr.
Admod Reuer D. Franciscus Iunius Decanus.
Admod R. D. Laurentius Capponius Pręposıtus.
R. D. Michael de Datis.
R. D. Eques Andreas Tobalea.
R. D. Petrus de Carnesecchis.
R. D. Petruspaulus Bonsius.
R. D. Paulus de Paulis.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Nerius de Iacobis.
R. D. Laurentius Vbaldinius.
R. D. Antonius de Gondis.
R. D. Vincentius Martellius.
R. D. Iulius del Riccio.
R. D. Ginius de Gianfigliazzis.
R. D. Bernardinus della Rena.
R. D. Petruspaulus Medices.
R. D. Franciscus de Malegonnellis.
R. D. Marius de Nerettis.
R. D. Alexander Vasolius Prior S. Laurentij.
R. D. Vgolinus de Vieris Proth. Apost. I. V. D.
R. D. Angelus de Empolis Cleric. Flor. I. V. D. & Prot. Ap.

Pro admittendis Sacerdotibus ad Confessiones, & aliis ad arbitrium Illustris. & Reuerend. D. Arch. Flor.

Admod. R. D. Horatius Quaratesius Archipr. Flor.
Admod. R. D. Laurentius Capponius Præpositus Flor.
R. D. Petrus de Carnesecchis.
R. D. Petruspaulus Bonsius.
R. D. Vincentius Rabatta.
R. D. Vincentius Rondinellius.
R. D. Nicolaus de Cinis.
R. D. Cambius de Anselmis.
R. D. Iulius del Riccio.
R. D. Carolus de Altouitis.

R. D.

D. Tolomeus Nozolinius Plebanus S. Agathę de Mugello.
D. Lucas de Minis Plebanus S. Stephani in Pane.
D. Petrus de Martinis Plebanus S. Martini de Sexto.
D. Ioannotius Attauantes Plebanus S Hyppoliti Castri Flor.
D. Thadeus de Nasis Plebanus S. Donnini de Villamagna.
D. Ioannes Cauinius Plebanus S. Ioannis de Misileo.
D. Vlisses Giannellius Plebanus de Botena.
D. Carolus de Romanellis Plebanus S. Mariæ in Dicomano.
D. Philippus de Braccinis Pebanus S. Ioannis de Pretoio.
D Dominicus Ghisius Plebanus S. Martini de Brozzio.
D. Ioannes de Panciatichis.

De Doctrina Christiana, & Visitatoribus locorum in quibus edocetur pro Ciuitate & Dioc. Flor.

D. Carolus de Altouitis Canonicus Flor.
D. Bartholomeus de Gallis I.V.D.
D. Braccius Michelozzius.
D. Benedictus de Buonmatteis Cler. Flor. Sac. Pag. Doct.

Ad Cathecumenos instruendos.

P. M. Philippus Guidius Ord. Pred
P. Cosmus de Pazzis Soc. Iesus.

De Esequtoribus Synodalibus.

Admod. R. D. Pandulphus de Ricasulis Baronibus.
Admod. R. D. Carolus de Altouitis Canonici Flor.

F I N I S.